

## DISPUTATIO XI.

De Essentiâ peccati actualis &amp; habitualis?

**N**Omen peccati figuratè sumitur. 1. Pro pœnâ & effectu peccati Levit. 20. v. 20. *Portabunt ambo peccatum suum*. 2. Pro causâ & occasione peccati sic vitulus aureus qui populo Israel fuit occasio idololatriæ Deuteron. 9. v. 21. Appellatur peccatum: *peccatum autem vestrum, quod feceratis, id est, vitulum, arripens, igne combussit*. 3. Tam pro causâ quam pro effectu peccati. Sic Apost. ad Rom. 7. Concupiscentiam, quæ est effectus peccati Originalis, & causa ac incitamentum ad peccatum actuale, vocat peccatum. 4. Pro hostiâ peccati. Ita 2. ad Corynt. 5. v. 21. de Christo dicitur, quod Deus eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Hoc est: hostiam pro peccato. In præsentî peccatum propriè sumitur pro actu deviante à regulâ, ita ut juxta diversitatem regularum, aliud sit peccatum naturæ, vid. defectus devians ab ordinariâ regulâ naturæ; velut partus monstruosus; aliud peccatum artis: ut pictura vel scriptura defectuosa. Aliud tandem peccatum morale, sive actus voluntatis devians à regulis morum. De quo.

## QUÆSTIO I.

An sit de Essentiâ peccati quod sit contra legem & sit offensa Dei?

**D**ICO. Augustinus in diffinitione peccati posuit duo, unum quod pertinet ad substantiam actûs humani, quod est quasi materiale in peccato, cum dixit, *dictum, vel factum, vel concupitum*, aliud autem quod pertinet ad rationem mali, quod est quasi formale in peccato, cum dixit, *contra legem aeternam*. S. Th. hic Q. 71. a. 6. O.

Exa



Explicatur conclusio: communis peccati definitio: dictum factum vel concupitum contra legem æternam. Desumpta est ex S. August. lib. 22. contra faustum cap. 27. ubi ita: *Ergo peccatum est factum vel dictum vel concupitum aliquid contra æternam legem. Lex verò æterna est ratio divina vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari iubens perturbari vetans.* Cujus definitionis bonitas inde patet: quia explicat totam peccati actualis essentiam & quidem per istas voces: dictum factum aut concupitum; substantia actûs peccaminosi exprimitur, quæ se habet tanquam materiale peccati; neque enim per illas particulas objectum dictionis vel factionis peccaminosæ exprimitur, sed ipsa factio vel dictio aut volitio significatur, quæ est materiale peccati; perinde autem est sive sit actus voluntatis formaliter, sive reductivè & æquivalenter aut interpretativè, quomodo etiam omissiones peccaminosæ inter peccata numerantur. Per cæteras particulas: contra legem æternam. Exprimitur illud, quod est formale peccati, nempe repugnantia cum lege æternâ Dei. Convenit hæc definitio tam peccato mortali quam veniali, cum etiam peccatum veniale sit à lege æternâ Dei prohibitum; quia tamen peccatum veniale non est perfectè contra ordinem & finem legis, qui est charitas, quæ per peccatum veniale non destruitur, hinc potius dicitur esse præter legem Dei, quam esse contra legem Dei.

Ex quibus sequitur, quod de ratione omnis peccati sit esse offensam Dei, quidquid enim est contra legem æternam & contra voluntatem Dei, est offensa Dei; atqui omne peccatum est contra legem æternam & voluntatem Dei, quæ secundum S. August. cit. ordinem naturalem conservari jubet, perturbari vetat; ergo omne peccatum est offensa Dei, cujus ignorantia invincibilis in homine rationis com-  
pote

XI.

habituus?

1. Pro peccatâ

20. Portabunt

occasione peccati

occafio idolol-

atum: peccatum

, vitulum, ar-

ausâ quam pro

Concupiscen-

is, &amp; caula ac

cat peccatum.

t. s. v. 21. de

noverat pec-

st: hostiam

priè sumitur

diversitatem

, vid. dete-

velut partus

t pictura vel

um morale,

orum, De

legem &amp;

ccati posuit

ntiam actus

o, cum di-

um, aliud

quod est quasi

gem æternam

Es.



pote ad longum tempus dari non potest, hinc de facto corrumpitur fundamentum distinctionis peccati in peccatum philosophicum, quod tantum repugnet rectæ rationi, & peccatum Theologicum, quod contrarietur legi æternæ, & sit offensa Dei. Nam cum recta ratio sit participatio legis æternæ, hoc ipso, quo actus rectæ rationi repugnat, etiam contrariatur legi æternæ.

*Obj. 1.* Multa sunt peccata non quia æternâ lege prohibita, sed quia lege humanâ vetita, imò si per impossibile non esset lex æterna Dei, adhuc foret peccatum, videlicet actus rationi, quæ est regula proxima morum, difformis.

*R.* Negando ass. lex æterna supra à S. Aug. definita est regula prima & universalissima omnes alias leges & regulas eminenter continens; unde quodcumque aliquid est contra legem humanam, id etiam est contra legem æternam existentem in mente Dei, à quâ omnes aliæ regulæ vim obligandi habent; quamvis enim antecederet ad legem humanam: v. g. de sacro audiendo. Lex æterna non continebat materiam illam præceptam, suppositâ tamen lege humanâ de sacro audiendo, lex æterna etiam jubet audire sacrum; ut proinde non possit fieri transgressio legis humanæ, quin etiam fiat transgressio legis æternæ; si per impossibile non foret lex æterna, daretur quidem peccatum philosophicum, cujus formale consisteret in repugnantia cum rectâ ratione, dictante esse agendum vel non agendum juxta exigentiam naturæ rationalis, quæ in illâ hypothese esset mensura operandi, quam repugnantiam considerare spectat ad philosophum; non tamen daretur peccatum Theologicum, cujus formale consistit in repugnantia cum lege æternâ, ex quâ peccatum sortitur rationem injuriæ & offensæ Dei, quam considerare pertinet ad Theologum.

*Obj. 2.* De ratione peccati est, quod sit actus liber,

&

DE ESSEN. P  
voluntarius, pe  
tino fine; quo  
liber.

Hæc omnia  
quæ: quia imp  
Dei, nisi fia  
liber & volu  
declinet à leg  
fine ultimo,  
naturale. Vel ine

*Obj. 3.* Dantur  
examinosi præsc  
mendacium, præ  
est malum; quia  
essentia peccati  
am.

*R.* Distingued  
mali fundamentalit  
formaliter N, met  
legem est fundame  
et divinæ veraci  
moralis, & præbe  
memiam, & exin  
prohibet mendac  
in quo concipimu  
lectionibus, met  
liber. In poster  
oportum legi  
Deus itaque per se  
genitæ actus intr  
fundamentaliter  
quantum opponi  
in quantum oppo  
Oblerva; jux



XI.  
XI. rest, hinc de facti  
ccati in peccatum  
ner recte rationi  
contrarietur legi  
um recta ratio in  
quo actus recta  
legi æterna.  
æternâ lege pro  
si per impossibi  
t peccatum, vid  
a morum, dif  
Aug. definita  
s alias leges &  
uandocunque  
tiam est con  
Dei, à quâ  
nt; quamvis  
v. g. de sacro  
at materiam  
humanâ de  
dire sacrum;  
is humanæ,  
si per im  
idem pecca  
lteret in re  
sse agendum  
æ rationalis,  
andi, quam  
ilosophum;  
cum, cuius  
æternâ, ex  
& offensâ  
logum,  
sit actus liber,  
&

DE ESSEN. PECCATI ACT. & HABIT. 253  
& voluntarius, per quem homo se avertit à Deo velut  
ultimo fine; quorum non fit mentio in definitione  
allatâ.

Æ. Hæc omnia implicite continentur in datâ defi  
nitione: quia imprimis nihil fit formaliter contra le  
gem Dei, nisi fiat voluntariè: cum materia legis fit  
actus liber & voluntarius. Deinde hoc ipso, quod  
actus declinet à lege æterna Dei, etiam homo averti  
tur à fine ultimo, vel efficaciter; ut fit per peccatum  
mortale. Vel ineffaciter; ut fit per peccatum ve  
niale.

Obj. 3. Dantur actus intrinsecè mali, adeoque  
peccaminosi præscindendo ab omni lege æterna: sic  
mendacium, præscindendo à lege æterna, est intrin  
secè malum; quia repugnat divinæ veracitati, ergo  
de essentia peccati non est: esse contra legem æter  
nam.

Æ. Distinguendo anteced. dantur actus intrinsecè  
mali fundamentaliter præscindendo à lege æterna Con  
formaliter N. mendacium præsuppositivè ad omnem  
legem est fundamentaliter malum: cum enim repug  
net divinæ veracitati, eo ipso est incapax bonitatis  
moralis, & præbet fundamentum, ut Deus per legem  
æternam, & exinde derivatam rationem naturalem  
proscribat mendacium; ac ità in priori signo rationis,  
in quo concipimus mendacium repugnare divinis per  
fectionibus, mendacium dicitur malum fundamen  
taliter. In posteriori autem signo, in quo intelligitur  
oppositum legi prohibenti, est formaliter malum.  
Deus itaque per scientiam necessariam simplicis intelli  
gentiæ actus intrinsecè malos cognoscit ut malos &  
fundamentaliter & formaliter: fundamentaliter, in  
quantum opponuntur attributis divinis; formaliter,  
in quantum opponuntur legi æternæ.

Observa: juxta varias habitudines & comparationes  
pecca-



peccatum diversa sortitur nomina, quæ tamen ferè omnia ad allatam definitionem reducuntur. Per comparisonem ad legem, quam transgreditur, vocatur transgressio, & inobedientia legis. Per comparisonem ad ultimum finem, à quo deviat, est propriè peccatum. Per respectum ad principium liberè eliciens appellatur culpa, ideo enim est culpabile & imputabile, sive, quod idem est, constituit operantem objectum divinæ aversionis & inimicitiae, quia liberè fit. Per habitudinem ad mala, quæ causat, est maximum peccatoris malum, quia peccatorem privat hæreditate cœlesti, gratiâ & omnibus bonis gratiam consequentibus. Per ordinem ad pœnam est reatus pœnæ sive illud, quo inducitur obligatio passiva ad pœnam à iudice infligendam. Per comparisonem ad Deum, quem offendit, & cui affectivè injuriam infert, est offensa & injuria Dei. Demum per ordinem ad potentiam in quâ peccatum consummatur, dividitur in peccatum cordis, oris, & operis.

### Q U Æ S T I O II.

*An ratio formalis constitutiva peccati sit aliquid positivum?*

**R**atio formalis constitutiva peccati sive formale peccati est malitia moralis, de quâ celebris controversia an malitia moralis peccati commissionis (quia de peccato omissionis extrâ dubium est, ejus malitiam moralem esse privationem debitæ rectitudinis) formaliter consistat in aliquo privativo, an in aliquo positivo? pro quo.

*Nota.* Certum est, quod malitia moralis importet aliquid privativum: omne enim malum ideo est malum, quia defectuosum, sive quia habet defectum boni, aut caret aliquâ perfectione sibi debitâ; sic malum naturale importat carentiam perfectionis naturalis

De Essen. P  
 ...alis debitæ: u  
 ...lum artificiale  
 ...juxta regulas  
 ...corpus im  
 ...las artis debita  
 ...rectitudini  
 ...morum, cur  
 ...qui exercet  
 ...stantis juxta  
 ...entur nunc an  
 ...rectitudinis  
 ...DICO. Est qu  
 ...... &  
 ...S. Th.  
 ...Probatur 1. Au  
 ...multam peccati  
 ...rentia ut inore  
 ...tum SS. Patrum S.  
 ...postquam dixerat b  
 ...um autem ex mul  
 ...subjungit: R  
 ...defectum b  
 ...igitur priva  
 ...incommen  
 ...qui in enchi  
 ...malum dicit  
 ...cap. 9. Mal  
 ...nomen accepit. I  
 ...ONIA PER IP  
 ...FACTUM ES  
 ...aliquid est: so  
 ...sine ipso factu  
 ...peccati quidem n  
 ...quia peccatu



naturalis debitæ : ut morbus in animali , calor in aquâ. Malum artificiale importat carentiam perfectionis debitæ juxta regulas artis : ut imago habens majus caput, quam corpus importat carentiam proportionis juxta regulas artis debitæ. Malum morale importat privationem rectitudinis seu conformitatis cum lege & regulis morum , cum sit debitum morale & legale , ut actus , qui exercetur tendat in objectum vestitum circumstantiis juxta præscriptum legis & rectæ rationis. Quæritur nunc an in hâc carentiâ sive privatione debitæ rectitudinis moralis consistat formale peccati.

DICO. *Est quoddam bonum, quod est ipse actus ordinatus . . . . & hujus privatio est essentialiter ipsum peccatum, S. Th. hic Q. 85. a. 4. O.*

Probatur 1. Authoritate tum S. Scripturæ exponens malitiam peccati per nomina privationem boni importantia ut inordinationis , iniquitatis , injustitiæ. Tum SS. Patrum S. DIONYSII qui cap. 4. de div. nom. postquam dixerat bonum ex unâ & totâ esse causâ, malum autem ex multis & particularibus defectibus postea subjungit : *Relinquitur igitur malum infirmitatem & defectum boni esse & rursus aliquibus interjectis : Igitur privatio est malum, & defectus & infirmitas & incommensuratio & peccatum. S. AUGUSTINI qui in enchirid. cap. 11. Quid est autem aliud quod malum dicitur, nisi privatio boni? lib. 11. de civit. cap. 9. Mali nulla natura est, sed amissio boni mali nomen accepit. Et tract. 1. in Joannem in illa verba : (OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT ET SINE IP SO FACTUM EST NIHIL) Videte ne sic cogitetis, quia nihil aliquid est: solent enim dicere multi male intelligentes, sine ipso factum est nihil, & putare aliquid esse nihil. Peccatû quidem non per ipsum factum est, & manifestum est, quia peccatum nihil est, & nihil sunt homines cum*

peccant

o XL.  
 quæ tamen ferè om  
 tur. Per compa  
 greditur, vocatu  
 s. Per compara  
 eviat, est propri  
 cipium liberè eli  
 st culpabile & im  
 nstituit operantem  
 itiz, quia liberè  
 e causat, est ma  
 peccatorem privat  
 us bonis gratiam  
 tenam est reatus  
 gatio passiva ad  
 parationem ad  
 è injuriam in  
 n per ordinem  
 atur, dividi-

fit aliquid

sive formale  
 celebris con  
 fessionis (quia  
 ejus malitiam  
 linis) forma  
 aliquo posi-

ralis impor  
 tum ideo est  
 bet defectum  
 i debitâ; sic  
 rfectionis na  
 turalis



peccant. S. ANSELMI qui lib. de concord. præscient. & prædestin. illud quod Deus non sit Author malorum operum ita ostendit: *Hæc questio facile solvi potest, si prius cognoscitur bonum, quod est iustitia verè aliquid esse: malum verò, quod est iniustitia, omninò carere existentia... non est enim iniustitia qualitas: aut actio, aut aliqua essentia: sed tantum absentia debitæ iustitiæ... in bonis quidem facit, quod sunt: & quod bona sunt in malis verò facit quod sunt: sed non quod mala sunt... siquidem bonum vel iustum esse: est iustitiam habere, quod est aliquid: malum verò esse vel iniustum est non habere iustitiam, quam debet habere, quod non est aliquid.*

*Probat 2.* Ratione: omnis entitas positiva est à Deo, omnia enim per ipsum facta sunt, nec est aliqua entitas quæ non sit primi entis participatio, aucti malitia moralis formaliter quæ talis non est à Deo, quia non est conceptibile, quomodo Deus sit Author & causa malitiæ moralis formaliter quæ talis & non sit Author propriè peccati contra definitionem Con. Trid. sess. 6. de justificat. can. 6. Ergò malitia moralis non est forma positiva sed pura privatio.

Nec satis fit, si dicatur, malitiam moralem secundum quod entitas est, esse à Deo, non verò ut difformitas vel malicia est.

Nam contra est: ipsa formalis ratio malitiæ vel difformitatis est positiva entitas, vel ergò est à Deo quod dici nequit, vel præter Deum statuendum est aliud principium, à quo sit aliqua positiva entitas, quæ non sit à Deo, quod est hæresis Manichæorum à S. August. hæc præcipuè ratione confutata, quod frustra quæretur principium mali, cum illud non sit aliquid.

*Obj. 1.* Si malitia moralis in peccato commissionis sit privatio debitæ rectitudinis ergo nulla erit differen-  
tia

De Essen. P  
inter peccatum  
in peccato o  
deinde cum  
in omnibus pe  
Distinguen  
peccatum commi  
transit, e  
commissionis  
est non actus.  
formale.  
fundatur mali  
malitiæ differ  
quod addit  
maliter tollunt  
inequalitas ut  
aliquam  
modo, quæ est  
tamen humori  
hinc est inqual  
alis, quæ aliquod  
magis vel minus  
in privatione i  
Obj. 2. Equæ d  
reale ut fundat  
positiva, nec tant  
deficienter è  
rectæ rationis  
endum, quod si  
verò ut fundat  
divinæ sanct  
transcenden  
malitia.  
Negando ass. qu  
aliqua ratio cor  
ratio correspon  
1. Theol. Schol



ria inter peccatum commissionis & omissionis, quia etiam in peccato omissionis est carentia debitæ rectitudinis, deinde cum omnes privationes sint æquales, malitia in omnibus peccatis esset æqualis.

R. Distinguendo ergò nulla erit differentia inter peccatum commissionis & omissionis quoad formale peccati transeat, quoad materiale peccati N. in peccato commissionis materiale est actus, in peccato omissionis est non actus, & ita differunt ex parte illius, in quo fundatur formale. Dixi transeat: quia ratione illius, in quo fundatur malitia moralis, specifica nihilominus inter malitias differentia manet.

Ad id quod additur: dico: duplices esse privationes aliæ totaliter tollunt formas oppositas & inter illas non datur inæqualitas ut privatio vitæ in omnibus est æqualis, aliæ relinquunt aliquid de formis oppositis, ut ægrotudo, quæ est privatio temperamenti debiti, aliquam tamen humorum commensurationem relinquens & hinc est inæqualis. Talis privatio est malitia moralis, quæ aliquod bonum rationis relinquit, hinc quia magis vel minus à regulâ rectæ rationis receditur, oritur in privatione inæqualitas.

Obj. 2. Æque difficile est concipere, quomodo materiale ut fundamentum malitiæ moralis sit entitas positiva, nec tamen ut tale sit à Deo, sed à solâ voluntate deficienter & sine commensuratione ad regulam rectæ rationis & divinæ legis operante, & sicut dicendum, quod sit à Deo materiale ut entitas est, non verò ut fundamentum malitiæ est, ita nihil obesse videtur divinæ sanctitati, si dicatur, quod entitas in malitiâ transcendentaliter imbibita sit à Deo non verò ipsa malitia.

R. Negando ass. quia in materiali potest congruè assignari aliqua ratio correspondens causæ purè efficienti, & alia ratio correspondens causæ efficienti & simul deficienti.

ncord. præcient  
 Author malorum  
 vile solvi potest  
 iustitia verè ali  
 iustitia, omnim  
 iustitia qualitas  
 tantum absentia  
 cit, quod sunt  
 quod sunt: sed  
 vel iustum esse  
 malum verò esse  
 quam debet ha  
 positiva est à  
 nec est ali  
 ipatio, aequi  
 on est à Deo,  
 eus sit Author  
 alis & non sit  
 em Con. Trid.  
 moralis non  
 m secundum  
 ut diffotmitas  
 o malitiæ vel  
 gò est à Deo  
 tuendum est  
 sitiva entitas,  
 nichæorum à  
 quod fru  
 illud non sit  
 commissionis  
 erit differen  
 tia



cienti. Secundum quod entitas physica actus correspondet causæ purè efficienti, non est fundamentaliter mala in genere moris nec denominatur per malitiam, verum secundum quod correspondet voluntati partim efficienti partim deficienti. Ut enim ait S. Anselm, loc. suprâ cit. *Sicut Deus non facit iniustitiam: ita non facit aliquid iniustum esse: qui tamen facit omnes actiones: & omnes motus.* At verò si ipsa forma constituens peccatum in ratione peccati consistat in entitate positivâ non poterit assignari una ratio correspondens causæ tantum efficienti & alia correspondens tantum causæ simul efficienti & deficienti.

*Obj. 3.* In illo consistit formaliter malitia moralis, quo intellecto actus humanus intelligitur formaliter malus & peccatum; atqui actus prius concipitur formaliter malus quam intelligatur privatus debitâ rectitudine: pro illo enim signo est formaliter malus, pro quo intelligitur difformis rectæ rationis atqui pro signo antecedente privationem debitæ rectitudinis, actus concipitur difformis rectæ rationi ex quo enim intelligitur tendere in objectum dissonum rectæ rationi actus est difformis rectæ rationi: in signo autem antecedente privationem actus tendit in objectum dissonum rectæ rationi: quam primum enim intelligitur actus exire à voluntate cum advertentiâ inhonestatis objectivæ, hoc ipso intelligitur tendere in objectum dissonum rectæ rationi.

*R.* Negando mi. cujus probatio distinguitur: pro illo signo actus est formaliter malus pro quo intelligitur completè difformis rectæ rationi Con. incomplete & inchoativè N. similiter distinguitur mi. hoc ipso quo voluntas intelligitur tendere in objectum quod ab intellectu cum inhonestate conjunctum proponitur, nondum intelligitur completè difformis rectæ rationi sed fundamentum esse positum ad quod in altero signo

ratio-

tionis resultat  
hui non insit re  
est inesse.

*Obj. 4.* Ut dic  
as formaliter co  
ctum regulis m

dentia in obje  
malitia moralis

is & est species  
dentia in o

quodammodum i  
ter malus, quia

recte rationi, sic  
tribus, quia est a

bitum & repugna  
B. Negando o

le moralitate cum  
in omissionibus m

ria in objectum di  
gitur malitia mor

ponitur ratione  
formaliter vero ei

ntio ad tendentia  
bitus vitiosi (una

debitâ commet  
actus & habitus

rationem debite  
ta, in esse actur

QU

in vitium contr

Differentia int  
vitiu sit l

vicium vel pecca  
actus vitii, sal



rationis resultat completa difformitas, per hoc quod actui non insit rectitudo, quæ actibus voluntatis debita est inesse.

*Obj. 4.* Ut dictum est de actibus humanis, moralitas formaliter consistit in tendentiâ in objectum subiectum regulis morum, bonitas formalis consistit in tendentiâ in objectum conforme regulis morum; ergo malitia moralis, quæ continetur sub genere moralitatis & est species contrariè opposita bonitati, consistit in tendentiâ in objectum dissonum regulis morum; quemadmodum igitur habitus est virtuosus & habitualiter malus, quia est inclinatio in objectum dissonum rectæ rationi, sic actus est actualiter vitiosus & peccaminosus, quia est actualis tendentia in objectum prohibitum & repugnans legi æternæ.

*R.* Negando consequentiam, quæ enim dicta sunt de moralitate cum proportione sunt applicanda, aliàs in omissionibus malitia moralis esset positiva tendentia in objectum dissonum, quod supra negatum est. Igitur malitia moralis, quæ bonitati tantum contrariè opponitur ratione sui fundamenti, si fundetur in actu, formaliter vero eidem privativè opponitur, est privatio ad tendentiam consequens, ratione cuius & ipsi habitus vitiosi sunt mali, quia inclinant in actus carentes debitâ commensuratione ad regulas morum, unde & actus & habitus peccaminosus & malus est per ipsam privationem debitæ rectitudinis, quæ in radice habitum, in esse actum ut fundamentum connotat.

Q U Æ S T I O III.

*An vitium contrarietur virtuti & natura rationali?*

**D**ifferentia inter vitium & peccatum est, quod vitium sit habitus positivus inclinans in actum vitiosum vel peccatum; peccatum autem est actus vel effectus vitii, saltem ex se & ex suo genere, quamvis



hic & nunc peccatum sine vitio, & econtrà vitium sine peccato haberi possit; ut virtuosus in peccatum lapsus consentit in peccatum quod ab habitu vitioso non procedit, & econtrà peccator per pœnitentiam conversus liber est à peccato, quamvis adhuc habeat habitus vitiosos.

DICO 1. *Requiritur, quod aliquid sit in se bene dispositum, quod debet esse boni operativum, & secundum hoc virtuti vitium opponitur, S. Th. hic Q 71. a. 1. ad 2.*

*Explicatur & probatur*: vitium est qualitas, secundum quam malus est animus, etiam cum nihil operatur, uti vitium describit S. Aug. econtrà virtus est qualitas permanens, quæ bonum facit habentem; ergo vitium & virtus directè contrariè sibi opponuntur: quia vitium & virtus sunt sub eodem genere nempe qualitatis permanentis sive habitus, saltem secundum modum sive statum existentiae in subjecto, & sub illo genere maximè differunt: cum virtus sit habitus bonus, vitium habitus malus; virtus disponit subjectum convenienter suæ naturæ, vitium disponit subjectum disconvenienter suæ naturæ; virtus inclinat in actum conformem rectæ rationi, vitium in actum difformem;

DICO 2. *Vitium intantum est contra naturam hominis, inquantum est econtrà ordinem rationis, S. Th. loc. cit. a. 2. O.*

*Probatur*: Virtus, ut vidimus, contrariè opponitur vitio; cum igitur virtus cujusque rei in eo sita sit, quod res sit benè disposita juxta convenientiam suæ naturæ, econtrario vitium cujusque rei in eo consistit, quod disponat contra id, quod convenit suæ naturæ; item omne vitium deviat à regulâ rectæ rationis & consequenter contrariatur naturæ rationali quatenus rationalis est; ergo est contra naturam hominis quatenus rationalis est.

*Obj.*

DE ESSEN.

*Obj.* Specia  
esse contra nat  
contra naturam  
Distingui  
tionalis est N.  
ad commun  
quædam vitia sp  
peccati quæd  
tium non ra  
bonali sed illi e  
nem habet,  
tini naturali, c  
qui communibu  
ta, peccata c  
militas, bestia

Q

*Quid sit pecca*

*EX* scriptura c  
in anima m  
peccati preteriti  
culatus, immu  
theo Psalmista Pf  
elabor. Jerem.  
na coram me. E  
quam mundam  
namentis vestris  
nuculatum, qu  
contactum alteri  
cibus quando p  
tem ad bona  
vitalis anima  
dinem ac nitore  
actuali relicto in  
maz vocatur m



*Obj.* Specialia sunt vitia & peccata, quæ dicuntur esse contra naturam; ergo non omnia peccata sunt contra naturam.

*R.* Distinguendo ant. contra naturam quatenus rationalis est *N.* quatenus homini cum brutis communis & ad communem quendam finem ordinata est *Con.* quædam vitia specialiter sunt contra naturam, eò quod peculiari quâdam ratione naturæ adversentur: quia nimirum non tantum adversantur naturæ hominis rationali sed illi etiam, quam cum brutis homo communem habet, hoc ipso, quod adversentur ordini & fini naturali, quem ejusmodi actibus cum brutis aliqui communibus natura præscripsit: ut intemperantia, peccata carnalia contra naturam: Sodomia, molliities, bestialitas.

Q U Æ S T I O IV.

*Quid sit peccatum habituale seu macula peccati?*

**E**X scripturâ constat, quod post peccatum actuale in animâ maneat quædam macula quasi vestigium peccati præteriti, ratione cujus homo coram Deo maculatus, immundus, invilus & deformis apparet; ideo Psalmista Ps. 50. *Lavabis me & super nivem dealbabor.* Jerem. 2. v. 22. *Maculata es in iniquitate tuâ coram me.* Ezech. 36. v. 25. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis vestris.* Sicut enim corpus aliquod dicitur maculatum, quando amittit nitorem sibi debitum per contactum alterius corporis sordidi; sic anima est maculata quando per inordinatum affectum & adhæSIONEM ad bona sensibilia, qui est quasi contractus virtualis animæ, deperdit spirituales pulchritudinem ac nitorem sibi debitum. Hic effectus à peccato actuali relictus in quantum exprimit immunditiam animæ vocatur macula peccati; in quantum denominat



animam inimicam, offensam Deo, & peccatricem, appellatur peccatum habituale; de quo controversatur: in quo formaliter consistat?

**DICO.** *Macula non est aliquid positivè in anima, nec significat privationem solam, sed significat privationem quandam nitoris anima in ordine ad suam causam, quæ est peccatum, S. Th. hic Q. 86. a. 1. ad 3.* Sive macula peccati mortalis, aut peccatum habituale formaliter consistit in privatione gratiæ sanctificantis cum ordine ad suam causam vid. peccatum præteritum.

*Probatum 1.* Macula ex ipsâ suâ significatione vocis formaliter significat carentiam debiti nitoris; ergo macula peccati mortalis consistit in carentia debiti nitoris, qui per peccatum aufertur vid. illius nitoris, qui est vita animæ: ideo enim peccatum mortale dicitur: quia causat mortem & expellit animæ vitam; atqui iste nitor, qui simul est vita animæ, est gratia sanctificantis; ergo macula peccati mortalis consistit in privatione gratiæ sanctificantis.

*Probatum 2.* In illo consistit macula peccati mortalis, quod per se primò expellitur per justificationem aut formam justificantem: quia justificatio est formaliter remissio peccati habitualis, & per illam mundamur, lavamur à maculis peccatorum, mortui regeneramur; atqui per justificationem per se primò expellitur privatio gratiæ: cum justificatio sit infusio gratiæ, gratia autem formaliter expellit sui privationem, quemadmodum lux expellit tenebras; ergo per justificationem formaliter & per se primò expellitur privatio gratiæ, quæ est macula peccati, sive peccatum habituale. Quod autem peccatum habituale non consistat in purâ privatione: ratio est: quia, ut privatio gratiæ sit macula, debet importare ordinem ad suam causam, sive connotare peccatum: ut enim macula

habeat

DE ESSEN.  
habeat rationem  
tati, non pot  
ordine ad actur  
hic oritur dive  
corum varietate  
or: diversa ete  
Ex dictis facil  
1. Peccatum  
obligatione & p  
et; quia, quo  
tam, hoc non  
penam subeun  
pena subeundâ  
cus, quia est o  
ideo est obligat  
conquinatus ma  
separabilis à mac  
peccati mortalis  
æternam, attam  
lem, Tum qu  
maculam peccati  
cum sint extra s  
quia, si Deus n  
æternam vel tem  
nalis peccator t  
peccatum habit  
penæ vel oblig  
videtur colligi e  
damnatæ; In p  
sente autem ad  
gatio ad penam.  
2. Peccatum  
sistit in peccat  
tiam satisfactio  
tionis; cujus



habeat rationem culpæ, debet esse moralis & voluntaria, non potest autem esse moralis & voluntaria sine ordine ad actum voluntatis, à quo fuit causata, & hinc oritur diversitas macularum, quibus propter peccatorum varietatem & multitudinem sordescit peccator: diversa etenim peccata diversas maculas inducunt.

Ex dictis facilè refutantur sententiæ oppositæ.

1. Peccatum habituale non consistit formaliter in obligatione & passivâ ordinatione ad pœnam: ratio est, quia, quod est prius reatu & obligatione ad pœnam, hoc non consistit formaliter in obligatione ad pœnam subeundam; atqui macula peccati est prior pœnâ subeundâ: non enim ideò peccator est immundus, quia est obligatus ad pœnam subeundam, sed ideo est obligatus ad pœnam subeundam, quia est coinquinatus maculâ peccati. Item reatus pœnæ est separabilis à maculâ peccati; tum quia ablatâ maculâ peccati mortalis quamvis cesset reatus ad pœnam æternam, attamen manet reatus ad pœnam temporalem. Tum quia damnati augent continuò culpam & maculam peccati, non tamen augent reatum pœnæ, cum sint extra statum merendi vel demerendi: tum quia, si Deus nollet peccatorem ordinare ad pœnam æternam vel temporalem, adhuc ratione peccati habitualis peccator foret immundus & abominabilis. Ergo peccatum habituale formaliter non consistit in reatu pœnæ vel obligatione passivâ ad pœnam. Ut etiam videtur colligi ex damnatione propositionis § 6. in Bajo damnatæ: *In peccato duo sunt: actus & reatus: transeunte autem actu nihil remanet nisi reatus sive obligatio ad pœnam.*

2. Peccatum habituale etiam formaliter non consistit in peccato actuali præterito connotante carentiam satisfactionis condignæ & privationem condonationis; cuius ratio est: quia, quando aliquid im-



portat duo, quorum unum est præsens, & alterum est præteritum, supponit potius in recto pro illo, quod est præsens, quam pro præterito; ergo peccatum habituale importabit potius in recto privationem gratiæ præsentem, quam peccatum actuale præteritum, maximè cum hoc solum connotetur extrinsecè. Item macula peccati exprimit aliquid intrinsecum animæ: cum dicamur mundari à maculâ peccati, dicitur macula post peccatum remanere &c. atqui peccatum actuale præteritum non retractatum nihil dicit animæ intrinsecum. Denum forma per quam peccatum habituale formaliter expellitur: vid. gratia sanctificans: est animæ intrinseca; ergo etiam peccatum habituale oppositum gratiæ, quod per gratiam expellitur, debet animæ physicè inexistere.

3. Peccatum habituale etiam non est formaliter habitus pravus à peccato actuali relictus: quia quamvis huiusmodi habitus vitiosus per actum pravum non generaretur, tamen hoc ipso, quod homo peccasset, & peccati veniam non obtinuisset, est & maneret verè peccator; tum quia habitus pravi in nobis remanent, etiam postquam habituale peccatum est ablatum per justificationem.

*Obj. 1.* Cum privatio gratiæ sit indivisibilis, omnes privationes gratiæ sint ejusdem speciei; sequitur omnia peccata habitualia esse ejusdem speciei, & in uno peccatore non esse plures maculas, quàm in alio cum quilibet peccator sit privatus gratiâ sanctificante.

*R.* Distinguendo ant. privatio gratiæ secundum se sumpta est indivisibilis & ejusdem speciei. Con. privatio gratiæ in quantum connotat peccatum, à quo est voluntariè causata, est indivisibilis & ejusdem speciei. N. peccatum habituale consistit in privatione gratiæ dicente ordinem ad causam, quæ est peccatum, ideoque

De ESSEN.

pe quos sunt pe  
quæ quæ distine

peccata

regula suat cau

peccatum non fu

propter secur

est privatio l

licite umbræ l

horum disting

maculas inducun

qua inæqualia p

obstaculum

*Obj. 2.* Priva

habitale: quia

actuale, est etia

gratiæ &amp; peccat

nilitati nondum

minis &amp; effectus

*R.* Distingue

prior quam se pe

tæ in recto esse ei

N. Dum est pec

ti, præterito pe

to esse.

*Obj. 3.* Pecca

tum Deus foret

causatur à Deo i

causa gratiæ, i

tatem peccante

gratiæ, &amp; ita pe

*R.* Distingue

ita causatur à D

causa causatur à

tum potest pl

propter est sumam



que quot sunt peccata, tot sunt privationes gratiæ inadæquatè distinctæ; hoc est: unica privatio est connotans peccata actualia præterita multiplicata, quæ singula sunt causa talis privationis, ità, ut si primum peccatum non fuisset, adhuc homo esset privatus gratiâ propter secundum peccatum. Est simile in umbrâ, quæ est privatio luminis ex objecto alicujus corporis: & sicut umbræ secundum diversitatem corporum objectorum distinguuntur, ita diversa peccata diversas maculas inducunt, & non omnes maculæ sunt æquales: quia inæqualia peccata supponunt, quæ majus vel minus obstaculum gratiæ ponunt.

*Obj. 2.* Privatio gratiæ est prior quam sit peccatum habituale: quia in eodem instanti, in quo est peccatum actuale, est etiam privatio gratiæ: siquidem implicat gratiam & peccatum mortale esse simul; atqui in illo instanti nondum est peccatum habituale, quod est terminus & effectus consecutus ad peccatum actuale.

*R.* Distinguendo assump. Privatio gratiæ in fieri est prior quam sit peccatum habituale *Con.* Privatio gratiæ in facto esse est prior quam sit peccatum habituale *N.* Dum est peccatum actuale est privatio gratiæ in fieri, præterito peccato actuali est privatio gratiæ in facto esse.

*Obj. 3.* Peccatum habituale non est à Deo, aliàs enim Deus foret Author peccati, atqui privatio gratiæ causatur à Deo in pœnam peccati: sicut enim Deus est causa gratiæ, ità etiam conservator gratiæ, homine autem peccante subtrahit Deus influxum conservativum gratiæ, & ita privatio gratiæ causatur.

*R.* Distinguendo mi. Privatio gratiæ physicè spectata causatur à Deo, *Con.* Privatio gratiæ moraliter spectata causatur à Deo *N.* Explicatur: gratia habitualis sumi potest physicè & moraliter, physicè sumitur prout est summa perfectio & participatio naturæ divi-



næ; moraliter sumitur prout est habitualis subiectio & subordinatio hominis ad Deum. Eodem modo privatio gratiæ physicè sumitur, prout præcisè est absentia gratiæ causata per subtractionem divini influxus; moraliter sumitur prout dependet à voluntate ponente per actuale peccatum ultimam dispositionem expulsivam gratiæ & impossibilem cum gratiâ.

*Obj. 4.* Quo posito cæterisque omnibus ablatis intelligitur peccatum habituale, in illo formaliter peccatum habituale consistit; atqui posito actu peccati præterito cum negatione condonationis & dignæ satisfactionis intelligitur peccatum habituale; quemadmodum enim offensa humana, vel etiam intentio aliquid faciendi habitualiter intelligitur manere, quamdiu offensa vel intentio non retractatur; ita etiam offensa Divina habitualiter manet, quamdiu non retractatur.

*R.* Negando consequentiam: disparitas est: nec intentio, nec offensa humana tollunt in anima aliquam entitatem physicè inhaerentem, sicut facit peccatum mortale, quod tollit habitum physicum gratiæ & caritatis; item intentio & offensa humana non intrinsecè maculant & scædant animam per oppositionem cum aliquo intrinseco nitore & pulchritudine, uti scædat peccatum mortale; ideòque offensa humana habitualis intelligitur per actum præteritum non retractatum, non autem offensa divina habitualis, sive peccatum habituale.

*Obj. 5.* Si quis in statu puræ naturæ peccasset mortaliter, contraxisset peccatum habituale, & tamen nihil aliud habuisset, quam actum peccati non retractatum; ergo etiam in statu præsentis essentia peccati habitualis salvatur in actu peccati præterito non retractato.

*R.* Permissio ant. Negando consequentiam: quia in statu puræ naturæ peccatum habituale fuisset alterius

## DIS

De distincti

Q Via ex Tri

gravem e

cundum specien

tata, quznam

specifica, qua



rationis, quam sit in statu naturæ elevatæ; tunc enim peccato non fuisset opposita gratia sanctificans & amicitia Dei intrinseca, sed solum favor Dei extrinsecus; in statu autem præsentis peccato opponitur gratia sanctificans, amicitia Dei & pulchritudo animæ intrinseca, nec aliter peccatum tolli potest quam per infusionem gratiæ, dixi: permissio ant. Quia homo in omni statu, etiam puræ naturæ capax fuisset gratiæ, & potuisset elevari ad ordinem supernaturalem, per peccatum autem mortale hujusmodi capacitati fuisset oppositum obstaculum, & peccator seipsum positivè ineptum reddidisset ad gratiam per peccatum; unde etiam in illo statu homo gratiâ nudus per peccatum non amisisset gratiam, sed seipsum incapacem gratiæ reddidisset.

*Obj. 6.* Idem est constitutivum, quod est distinctivum, sed peccata habitualia inter se distinguuntur, non per privationem gratiæ, quæ omnibus peccatis est communis, sed per actus præteritos; ergo actus præteriti sunt formaliter peccatum habituale.

*2.* Distinguendo maj. Idem est constitutivum, quod est distinctivum per modum alicujus in recto importati Con. Per modum alicujus in obliquo importati N. Distinguuntur peccata habitualia propter diversas privationes seu eandem privationem non nudè & solitariè spectatam, sed cum ordine & connotatione ad diversas causas vel diversa peccata actualia.

## DISPUTATIO XII.

*De distinctione & comparatione peccatorum.*

**Q**uia ex Trid. sess. 14. de pœnit. cap. 5. Certum est, gravem esse obligationem confitendi peccata secundum speciem & numerum, idè summè necessarium scitu, quænam sint principia, ex quibus distinctio tam specifica, quam numerica peccatorum desumatur.

QUÆ.